



SE Q V I T V R
 LIBER MOSIS SECUN-
 DVS, QVI EXODVS
 INSCRIBITVR.

Argumentum libri totius.



ISTORIA vnus anni hoc li-
 bro describitur: Initio, quo
 duce populus Dei Ægyptum
 sit egressus, quibus mediis rem
 apud Pharaonem obtinuerit,
 & quomodo tandem eius iram
 effugerit. Deinde transit ad describendum i-
 ter per loca deserta, quomodo à mari transie-
 rint ad aquas contentionis. 2. in Sir deser-
 tum. Hinc in Raphidim, & postea in Sinai ad
 montem Domini, vbi manent vsque ad fi-
 nem istius anni. Quæ ergo Moses describit,
 fermè omnia ibi contigerunt. Nam ibi acce-
 perunt decalogum, præterea iudicia, item ce-
 remonias, demùm tabernaculi fabricatio-
 nem, & quæ ad eius perfectionem pertine-
 bant.